

III. The Anatomy of the Scallop by Dr. Martin Lister, Fellow of the Coll. of Physitians and R. S.

Pectinem nactus, ineunte Januario, ejus dissectionem, qua potui accuratione, certe ex uno exemplari, institui. Imprimis vidi cardinem ex concavâ valvâ leviter incurvari, & superiniici alteri ac planæ valvæ, totoque illo latere inter se cartilagine quadam firmiter connecti. Item in ipso medio spatio Cardinis alteram aterritim robustamque admodum cartilaginem disponi. Hinc adeo mira illa constrictoris vis, & fortasse planam valvam, remi alicujus more movendi, adque perniciatem & volatûs quandam imaginem moliendam : de quo quidem non semel loquuti sunt Veteres, tanquam huic Conchylio peculiari.

Apertis autem valvis hæc conspicienda sese exhibent. Ad dextram & sub cardine *Os cucullatum*, instar *Ostreæ*. Velamina autem oris conficiuntur ex concursum branchiarum exteriorum, quæ *Musculose* sunt, totumque animal à capite ad ani exitum, scilicet sinistram versus è regione oris, ubi inter se rursus connectuntur, circumambiunt.

Ex isto autem pari branchiarum exteriorum ea quæ planæ valvæ incumbit, centro suo adhæret superiori limbo ingentis cuiusdam *Musculi* rotundi, qui ex rectis angulis in mediis valvis inseritur ; altera verò exterior branchia similiter conjungitur, alteri capiti ejusdem *Musculi centralis*.

A *Musculo* verò centrali ambæ istæ exteriore sive spuriae branchiæ, è tenui Membrana & pellucida admodum constant : Et ad medias valvas expansæ, leviter

iis



iiis adhærent, ut moveri inde non possint, tacenturque animalis dorsum, ab aquæ injuria, intra valvas receptæ, à loco vero istius adhæsionis, crassus quidam Musculus mirificus, tanquam Limbus, incipit. Is autem à me depingitur tantùm eo qđo contrahitur modo; sed in vivis mirè extensilis est, eriam longè ultra margines valvarum. Item Laciniis donatur, & ex rufō variatur lineolis elegantissimis. Multis autem diebus à pīscatione nostri peccinīs is limbus haud obscurè movebatur. Usum autem ejus Sic intelligo; nempe ex contractione incurvata introrsum, more retis cujusdam, cùm ambo isti branchiati Musculi extra conchas emissi sint, quicquid intra se complexi fuerint, sibi mutuo adpliciti, ad se rapiunt in victum animalis: Laciniis autem, extremis suis marginibus tenuiter incisis, aqua marina separari videtur, retento cibo. Si qui verò sint alii ejusdem partis usus, me latent; quod nec mores nec victum hujus animalis privatum scio.

Illud tamen addere lubet de isto limbo mirifico exteriorum branchiarum, eum posse inservire non pīscationi tantùm viñus, cùm, instar retis, admodum extendi extra valvas solet; sed & necationi cujuslibet animalis minuti aut pīsciculi, ex forti compressione; itemque ex motu undulatorio, qui in eo valde notabilis est, posse circumferri victum; eumq; tandem, quacunque parte circuli retiarii sit, ipsi ori exporrigi, ita manū locum quodammodo supplet.

Ad veras autem, certe quæ ita appellari solent, *Branchias* venio, hæ verò quatuor sunt, leviter flavicantes, atque peccinatim striantur eleganti quodam opere. Illæ autem branchiæ Musculum magnum centralem circumambiunt, interque se comprehendunt sive incumbunt utero, ejusque Ovario, certe partibus generationi dicatis.

Harum autem partium Figuræ rectè à me antè delineatae fuerunt ; & jam vivo quoque animali video ejus partem inferiorem ex croco resplendere ; superiorem verò albicare ; juxta Os verò processus quidem, duplici foramine apertus, conspiciens est. Horum autem foraminum *Unum*, Vulvæ exitus existimandus est ; &, si androgyni sint pectines (quod suspicor ex perpetuâ similitudine istius partis in omnibus à me visis, & vivo & conditis) *alterum*, ad maris genitale membrum exerendum instituitur, atque hactenus de Branchiis & Organis generationi dicatis breviter dictum est.

Ad Caput procedo, huic Os labiis circumscripsum est rufescens, more branchiarum internarum ; at brevibus admodum, & in nostro exemplari crispis, forte vitiiosis & mutilatis.

Sub ipsum verò cardinem medium duo prægrandes veluti circuli sive Cavitates instar oculorum (ut oculi non sunt) alicujus Rhombi piscis, oblique positorum.

Os verò caputque excipit majusculum Meconium, sub nigrum, ad sinistram vergens. Pone id cor latitat, perque ipsum Pericardium pellucidum conspici potest ; ex carneo leviter rufescit. Cordis aorta in branchias dispergitur. An verò id solum pericardium sit, quod scilicet proxime adjacet nigro meconio, sive totum etiam illud Figurâ rhomboide comprehensum, hæreo. An pars ejus inferior Vesica Urinaria sit, quæro : carte ex meconio oritur intestinum rectum, superque pericardium equitans, ad internas branchias protenditur, & musculo centrali ad necatur.

Musculus autem centralis orbicularis est, albus & lævis, magna superficie suæ parte, quâ conchæ adhæret : ex sinistra verò parte alio candidiori musculo lacerato distinguitur, & conchæ magis formatur.

Atque hæc est partium hujus animalis brevis quædam enarratio : earum vero usus (exceptis branchiis spuriis) exhibere super vacaneum est, si quidem exanalogia cum reliquis id genus animalibus, à me publicatis, facile intellegi atque explanari possint.

*aaa. os caputque. bb. meconium aterrimum. c. cor prout
subter membranam latitat, dd. pericardium, an vesica
urinaria rhomboidos. eeeee. intestinum rectum pericardio
super equitans. fffff. magnus musculus centralis gg. altius
musculus laceratus testis fortiter adhaerens. hhhh. branchiæ
internæ. i. i. uteri prolongati exitus, duobus foraminibus
distinctus tanquam in androgynis. kk. uteri pars superior
albida. l. l. l. uteri pars inferior crocea. m. m. m. m.
lumbus variegatus sive musculus retiarius secundus.*

IV. A Letter from Mr. Halley at Chester, giving an Account of an extraordina- ry Hail in these Parts, on the 29th of April last.

SIR,

I Promised Sir John Hoskyns last Week, to send the Society an Account of a very extraordinary Hail, that fell in these Parts on the 29th of April last, since which I have farther enquired into the Circumstances of it, in order to make the Relation as exact as I might. The Vapour that disposed the Aqueous Parts thus to congeal came with a South-West Wind out of Carnarvan-shire, passing